

PRÆFATIO.

tate experientiaque carentes; sur-
recturam sciolorum segetem, ca-
villatorumque rudioris senectu-
tis; secutura præcipitia consilia,
& quæcunq; sunt mala Juve-
num Senatorũ: Sed hi consilia no-
stra aliorsum accipiunt, neq; enim
id agimus ut cito juvenes ad mu-
nera publica veniãt, sed ut digni.
Quia enim vita brevis, ars lon-
ga est, non potest nimis insti-
tutio accelerari. Erit hoc manife-
stius, si de tota studiorum ratione,
(etsi Idem in primis formandum
susceperimus) in limine ad ma-
jorem sequentium lucem differe-
mus. Nam & Hugo Grotius

in